

Dóminus super familiam suam. Glória, et dicitur in domo ejus. Et iustitia ejus manet in saeculum seculi.

**Ad Laudes, Aña.**  
Ipse Jesus erat incipiens, quasi annorum triginta, ut putabatur filius Joseph. Os justi meditabitur sapientiam. Et lingua ejus loquetur iudicium.

Orémus.

**S**ANTISSIMA Genitricis tua Sponsi, quasimus Dómine, méritis adjuvémur: ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donéatur.

**De SS. Apostolis, totius Ecclesie Patrons.**

**Ad Vesperas, Aña.**  
Petrus Apóstolus, et Paulus Doctor géntium, ipsi nos docerunt legem tuam, Dómine. Constitutes eos Príncipes super omnem terram. Mémores erunt nóminali tui, Dómine.

**Ad Laudes, Aña.**  
Gloriosi Príncipes terra, quomodo in vita sua dilexérunt se, ita et in morte non sunt separati. In omnem terram exi vit sonus eórum. Et in fines orbis terra verba eórum.

Orémus.

**D**eus, cuius déxtera beatum Petrum ambulátem in flúctibus, ne mergeretur, erexit: et

coapóstolus ejus Paulum tertio naufragantem, de profundo pélagi liberavit: exaudi nos propitiis et concéde, ut ambórum méritis aeternitatis gloriā consequámur.

**De S. Jacobo Apostolo Hispan. Patrono.**  
Quando nō dictur ejus Officium.

**Ad Vesperas, Aña.**

O beatum Apóstolus, qui inter primos electus, primus omnium Apostolorum Dómini cálicem bibere méritus est! O gloriosum Hispánia regnum, tali pignore, ac Patróno munitus, per quem fecit illi magna qui potens est! Alleluia.

**Ad Laudes, Aña.**  
Visitávit nos per sanctum suum Apóstolus, et fecit salutem de iniiciis nostris Dóminus Deus noster. Annuntiáverunt opera Dei. Et facta ejus intellexérunt.

**Ad Vesperas, Aña.**  
Ero Dómine plebi tua sanctificátor, et custos: ut beátí Jacobi Apóstoli tui munera præsidis, et conversatione tibi pláceat, et secúra mente deserviat.

**De SS. Martyribus Hippolyto et Cassiano, hujus civitatis Mexicanæ Patrons,** quorum in hac civitate tantum fit Commemoratio.

**Ad Vesperas, Aña.**

Gaudent in eolis ánime Sanctórum, qui Christi vestigia sunt secuti: et quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exultant sine fine. Exultabunt Sancti in gloria. Letabuntur in cubilibus suis.

**Ad Laudes, Aña.**

Vestri capilli capituli omnes numeráti sunt: nolite timere: multis passeribus meliores estis vos. Exultabunt Sancti in gloria. Letabuntur in cubilibus suis.

Orémus.

**E**t, quassumus, omnipotens Deus: ut beatiorū Mártirum tuorum Hippolyti et Cassiani veneranda commemoratio, et devotio nobis augeat et salutem.

**De S. Francisco.**

**Ad Vesperas, Aña.**  
Hic vir despiciens mundum et terrána triúmphans, divitias caelo cóndidit ore, manu. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. Stolam glória induit eum.

**Ad Laudes, Aña.**

Euge serve bone et fidélis, quia in pauca fusti fidélis, supra multa te constitutam; intra in gáudium Dómini tui. Justum deduxit Dóminus per vias rectas. Et ostendit illi regnum Dei.

Orémus.

**D**eus qui Ecclésiam tuam beati Patris nostri Francisci méritis nova prolis amplificas: tribue nobis ex ejus imitacione terrána despícere, et cœlestium donórum semper participatione gaudere.

**Quando fit Officium de aliis Martyribus, variantur Aña. Nam pro SS. Hippolyto, et Cassiano, in Laud. sumitur Aña ex J. Vesp. et in Vesp. sumitur ex Laud.**

De Virgine sancta Rosa a sancta Maria, omnium Indiarum principaliatri Patrona.

**Ad Vesperas, Aña.**  
Veni sponsa Christi, accipe corónam, quam tibi Dóminus præparavít in aeternum.

**Ad Laudes, Aña.**

Simile est regnum celorum homini negotiátori querenti bonas margaritas: inventa una pretiosa, dedit omnia sua, et comparavit eam. Disfusa est grátia in lábii tuis. Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Orémus.

**B**onorum omnium largitor omnipotens Deus, qui beatam Rosam, cœlestis grátiæ rore prævenitam, virginitatis et patiencie decore Indis florescere voluisti: da nobis famulis tuis, ut inodore suavitatis ejus curréntes, Christi

bonus odor effici mercatur.

Quando h̄ Officium alterius Virginis, variantur Aña. Nam pro sancta Rosa in Loudib⁹ sumitur Aña ex j. Vesp.

Veni sponsa Christi, etc.

In Vesperis sumitur ex Laudibus.

Simile est regnum, etc.

Spécie tua, et pulchritudine tua. R. Intende, pròspere procéde, et regna.

De Pace.

Ad Vesperas et Laudes, Aña. Da pacem, Dómine, in diebus nostris, quia non est alijs, qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster. R. Fiat Pax in virtute tua. R. Et abundantia in tūribus tuis.

Orémus.

D eus, a quo sancta de sideria, recta consilia, et justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium subtla formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Dóminum nostrum, etc.

R. Bóminus vobiscum. R. Pater noster. ve Maria.

Et cum spiritu tuo. R. Benedicamus Dómino. R. Deo grātias. R. Fidēlium animæ, per misericordiam Dei, requiēscant in pace. R. Amen.

Omnès beneficiarii in sake beneficis debent facere Commemorationem, inter has Consuetas, de Patrono principali loci, vel titulari Ecclesie, illi debitum locum assignando, secundum gradum sue dignitatis.

Oratio.

S ACROSANCTA, et indivisiua Trinitati, crucifixi Dómini nostri Iesu Christi humanitati, beatissima et glorioſissima, semperque Virginis Maria fecunda integrati, et Omnium Sanctorum universitati sit sempiterna laus, honor, virtus, et gloria ab omni creatura, nobisque remissio omnium peccatorum, per infinita saecula saeculorum.

R. Amen.

R. Beata viscera Marie Virginis, que portavérunt eterni Patris Filium. R. Et beata ubera, que latetavérunt Christum Dóminum.

LAUS DEO.

